UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CXIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63232

Visual Library

dioceſi. in glo.in uerſi. manifeſtos, de uſur.& ij.q.3.c.eorum in fine, & Saly. in d.l. ea quidem. nu.79.

4 Fallit etiam quando dubium eſt, an ſit notorium, uel ne, quia in re ambigua debemus accipere partem tutiorem. uulg.l.ſemper. in obſcuris.ff.de reg. iur.glo.ij.in c.i. de off.deleg.in 6.Marſ.in rubrica.C. de probat.nu.240.& pars in notorijs citari debet, & notorium pluribus modis probatur, per inſtrumentum per rei euidentiam,per duos teſtes, per confeſſionem, per ſententias per aſpectum iudicis ſedentis pro tribunali. ſecundum Bar. in l.ſcriptas ff.de relig. & ſumpt.fun.Deci.in conſi.423.nu.13.Abb.in c.cum olim de cenſibus. Deci.in c.at ſi clerici. nu.143.de iudit. pro ut late dixi in tract. meo criminal. ad offenſam. nu.34. in princ.

5 Fallit etiam in crimine notorio, ubi abſque alia ſententia procedi poteſt ad executionem pœnæ ſecundum Deci.in c. at ſi clerici. num.142. de iudit.tex. cum glo.in l. ictus fuſtium. ff. de iis qui not. infam. & c. ueſtra de cohab. cler.

6 Fallit etiam in facto mere negatiuo, ubi notorietas nõ cadit. ſecundum Bar.in l.ſi conſtante.ff.ſol.matr. licet aliqui doct. teneant id contra Bar. ut Iaſ.ibi nu.151.& Albe. Caſtr. & alii. ut puta talem non eſſe ſoluendo. talem nihil habere, uel talem eſſe inhabilem ad aliquod officiũ, aut eſſe inopem, contrarium eſſet probandum. cum per rerum naturam negãtis factum nulla ſit directa probatio. uulg.l.actor.C. de probat.cum multis infinitis.

REGVLA CXIIII.

1 Nocendi animum habens, ſi peruenit ad actum exteriorem, licet effectus non fuerit ſequutus. An pœna ordinaria puniri debeat. Legiſtæ examinãt hanc difficultatem in l.is qui cum telo.ff. de ſicca. & ſi quis non dicam. C.de epiſcopis & cler.cano.in c.ſicut noxius de præſump. Abb.in c.1.de eo qui mit.in poſſeſſe. & ibi etiam d.Card. hoc eſt, an conatus puniatur non ſequuto effectu, hæc notab.regula multas patitur limitationes, quas not.

 1 Fallit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1 Fallit 1. quando conatus cum actu propinquo non deuenit ad conſummationem . ex quo penituit. ut l. qui mente & ibi glo. ff de fur. ut puta ſi quis uult furari, & poſtea penituit an ex hoc ſolo attentatu quis puniri debet Bar. in d. l. qui ea mente . & Ange. in l. i. ff. de in ius uoc. Marſ. in l. is qui cum telo. nu. 69. tenent ꝙ in atrocioribus affectus puniatur pro delicto conſumato quando deuenit ad aliquem actum proximum delicto, aliter ſecus.

2 Fallit etiam quando conatus alicuius rei prohibitæ nemini nocet. ut puta quando falſitas committitur circa id ꝙ nemini nocet, & præiudicat. Ita tenet Io. de Anna in c. 1. infra de falſ. reprobata glo. ſecundum opin. Bal. & Saly. in l. Damus. C. de falſ. & doct. in rubrica de fide inſtru.

3 Fallit quando affectus non habuit actum exteriorem, ſed ſtetit in ſola uoluntate deliberata, quia non punitur l. cogitationis. ff. de pœn. & ſing. Bal. in l. non ideo minus. C. de accuſat. ꝙ ſolus tractatus & ſola ordinatio in atrociſſimis non punitur, niſi procedatur ad aliquem actum proximum facto nu. 16 uerſi. & ſi dicas.

4 Fallit ubi a lege imponitur pœna ipſo facto, quia ad eam incurrendam non ſufficit affectus, qualiſcunque fuerit. ut in c. cum in cunctis. §. penul. de elect. & c. perpetuæ eo titulo in 6. & ita tenet Io. Andr. & domin. in d. c. perpetuæ. Bal. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſcopis & cleri. Io. de Anna. in c. i. in 4. not. de adult.

5 Fallit etiam in delictis non atrocioribus, quia conatus non habetur pro effectu . ſecundum Bal. in d. l. ſi quis non dicam. in prima ſolutione, quam dat. ad l. i. in fine. ff. quod quiſque iure. Bart. in l. i. ff. de parricid. Card. in c. i. de eo qui mit. in poſſeſſ. doct. in c. pro humani. §. fin. col. penult. de homicid. in 6.

6 Fallit in excommunicatione & alijs pœnis eccleſiaſticis, quia ad illas incurrendas requiritur factum conſumatum. Ita Card. in c. præterea. il ſecundo de appell. & glo. & doct. in c. in audientia de ſent. excommu. cum multis aliis ſimilibus.

7 Fallit in ſtatutis punientibus delicta, quia ſemper intelligitur de delictis conſumatis . ſecundum Bar. in l. i. ff. de

ſicca

ſicca. & Imol.in d.c. ſicut noxius, quia ſtatuta requirunt caſum uerum, & non fictum. Caſt. in l i.ff. quod quiſque iur. Imol.in l.1.ff.de pub.iudic. Abb.in c.mulieres de ſent. excom Saly.in l. cum proponas. C. de naut. fœnore, cum multis aliis infinitis.

REGVLA CXV.

1 Nouale eſt terra præciſa, quæ anno ceſſat aliis aſſerentibus, & qñ Sylua arboribus extirpatis ad cultum redigitur nouale dicitur. c.1. & c. quid per nouale de uerb.ſignif. & Card. in c.1.nu.8. de decimis, ubi dicit, ꝙ illa terra quæ fuit nemus. uel quæ alias fuit ſemper inculta, & talis de qua eccleſia paroch. de lignis & frugibus, uel aliis, nullos uel non magnos prouentus habet talis dicitur noualæ. ſi ſemel excolitur. Ita Abb. con ſi. 71. nu.2. uol.2.

2 Fallit in pratis, quia prata dicuntur ? terræ ar biles & non dicitur locus ſterilis, nec proprie incultus. Ita Card. Zaba in c.1.nu.8.& 9.de decimis, eo quia ſunt parata præſtare omni anno utilitatem domino, pro ut dixi in tract. de iure protho. tex. in l. ſyluam in fine cum l. ſequẽti. ff. de uerb. ſignific.

3 Fallit in modica quantitate terræ, illi adhærenti, quia plus & minus non conſtituit differentiam, & illa modica non debet diuerſo iure cenſeri. cum maior pars culta ſoluat decimam. ut c. cum in tua. de decimis. & c. cognouimus. 12. q.2.

REGVLA CXVI.

1 Noĩatus prior in legato, uel ſcriptura deſcriptus dignior & maior iudicari debet de primo ſi annis ſingulis relinq̃ret uſusfructus titio & ſempronio. primo titio deinde ſẽpronio præſtandũ eſſet, & ſic ſi ſtaria 5. ſurmenti ex ſorma unius manuſcripti danda eſſent caio, & ſucceſſiue Antonio utique prior nominatus conſequi debet ſtaria 5. & poſtea Antonius, quia prior nominatus & dignior & an-